

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Examen. Reliquo hujus diei tempore instituendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

## EXAMEN

*Reliquo hujus Dies Tempore instituendum.*

Xamen hoc de ipsa vocatione hodie rectè instituetur, ut intelligas nempe, an à Deo ad Sacerdotalem statum vocatus sis, cùmque tandem eligere decernas; ut autem hanc actionem ritè instituas, aliqua quidem ante, alia in, alia post illam observabis.

## Observanda

## Ante Electionem.

I. Ante omnia memento nos in hac vita velut in via ad finitam constitutos esse; & non habere hinc manentem clementem; sed futuram inquirere, ut Apostolus c. 13. ad Hebr.

II. Certe tibi persuade nullam ad hanc Patriam securiorum esse viam, quam illam, quā Deus nos ad illam perducere conatur, ut qui solus scit, quid unicuique maximè ad salutem expedit, quique tam sincerè nos amat, ut, quantum in ipso est, omnes homines salvos fieri velit.

III. Pariter certum habeto, maximum & singulare DEI beneficium esse, si suam cuiquam voluntate in circa deligendum vitæ statum significare dignetur; verè enim beatis suis, si quis Deo placent, manifesta sunt nobis, Baruch. 4. hæc simique voluntatis divinæ significatio est amica invitatio, profecta ex amore, quo nos ad se trahere, & æternū felices reddere cupit, juxta illud Jerem. 31. *In charitate perpetua dilexite, ideo attraxi te miserans.*

IV. Cum omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit, descendens à Patre lumen; beneficium hoc assiduò à Deo petendum esse scito; nec dubita, quin obtemperatus sis; si enim inter homines nemo tam inhumanus est, quem cerebræ ac supplices preces filiorum non moveant, quanto magis cælestis Pater præces tuas non negliget, sed perficit & instinctum bonum petenti tibi largietur.

V. Esi Deus paratus sit, suam voluntatem nobis manifestare, id tamen non eodem modo exequi; nam quosdam quidem potenter rapit, quosdam leniter dicit, quosdam pe-

*Instruct. VIII.*

I i

culia-

cularibus motibus instigat atque impellit, alios si spacio  
magis ferri, & seipso agere permittit. Unde cooperatio ho-  
minis necessaria est, illudque Geremias c. 6. consilium se-  
quendum: *State super vias, & videte, & interrogate  
semitis antiquis, quae sit viabona, & ambulate in ea, &  
genietis refrigerium animabimur vestris.*

VI. Ut hanc viam bonam tanto facilius eligent, pro-  
scire debes ulterius, & velut certum supponere, quando-  
dum duæ sunt animi partes, intellectus & voluntas, im-  
plex quoque vocationis esse genus; unum voluntatis que-  
do scilicet ita ad certum vitæ genus moveatur, ut eoden-  
am intellectum rapiat, & assensum quasi extorqueat, & si  
quidam à teneris annis ad certum vitæ statum qua-  
ducuntur à Deo; alterum genus vocationis, intellectu  
delicet tunc intervenit, quando voluntas nullos penitus  
instinctus experitur, aut tales certè, quos merito suscep-  
habet, atque adeò ratiocinio intellectus vocatio divina  
daganda est; in quo ramen summopere cayendum est  
humanis artibus aut persuasionibus abduci te à meliori mo-  
filio patriaris; onus enim, quod assumis, solus feres; non  
proin agis, tibique consulis, nisi sic agas, ut de te idem  
de populo Istraëlitico desertum transeunte Deut. 3: 24  
ptum legitur, dici queat: *Dominus solus Dux qui su-*

## Observanda

## In ipsâ Electione.

I. Antequam ipsam electionem auspicetis, sub sed de-  
ardentibus precibus, quibus vitæ genus ab aeterno tua  
cretum ostendi suppliciter petas; & explicato desiderio  
gnoscendæ atque explendæ illius voluntatis, statum fa-  
larem & Clericalem in medio statue, & primò quidem  
querire, an non vocationem voluntatis ad statum Clericale-  
fenseris, id est, an non à puerō, & maximè tempore or-  
natis, aut Eucharistia percepserat, aut sacræ electionis, aut  
cionis, ejusmodi instinctus senserat? & quomodo in ip-  
quiescas? an vires ad exequenda statutus hujus munia tibi  
si promitti sentias, aut ipse polliceri auderas? an difficulta-  
tum, quæ occurtere possunt, magnitudine non terreat?

læcularem statum applicare velis animum, hic renitetur, tenebris offundatur; hæc enim indicia si occurraut, non obscura divinæ vocationis sunt signa, cùm IESVS tali potissimum tempore, & per tales internas vocationes in animum soleat.

II. Quia tamen juxta commune proverbium: *abundans astela non nocet*: idèò consultum est, ut alter etiam modus, per intellectum videlicet vocationem indagandi, adhuc venire. Itaque gemino statu sacerdotali, & Ecclesiastico ante oculos constituto, considera I. Quis ex istis statibus te commodius, certius, securius ad finem tuum, id est, felicitatem eternam perducat? II. In quo peccata & graves lapsus certius & faciliter devitentur? III. Quis ad virtutem solidius instruat, & compendiosius ducat? IV. Ubi corporis & animalium talenta melius impendere, & perficere possis? V. Quis naturæ convenientior? quis ad perseverantiam aptior? VI. In quo imminente morte vixisse malles? VII. In quo faciliter Deorationem reddere queras? VIII. Quem ex illis alterius omnia tibi simili, & æqualiter amato coram Deo suadet? IX. In quo Christo similior fieri, tèque Deo perfectius consecrare queras?

III. His ergo coram Deo consideratis, vide, pro quo statu plures & meliores rationes (hæc enim sunt quasi Consiliarij votum seu suffragium pro tali statu ferentes) tibi occurrant, & juxta eas sic pro illo statu electionem conclude, ut tamen istum prius hoc negotium Deo commendes, & postea memos, quid Deus S. Paulo dicenti: *Domine, quid me sis facere?* responderit, scilicet: *surge, & ingredere civitatem,* & mihi dicetur tibi, *quid te oporteat facere.* idem tibi dictum credas, atque adeò Confessatio tuo, aut alteri viro prudenter & zelofo tuas has rationes & electionem aperias, illiusque super ihs judicium requiras, ut, quanto minus tibi ipsi consilii fueris, tanto securius procedas & eligas.

#### Observanda

#### Post Electionem.

I. Post electionem dicto modo conclusam prima tua exercitaria esse jure merito debet, ut debitas Deo pro tam insigni beneficio gratias liberalissime persolvas, & confirmationem Ii 2 hujus

hujus voluntatis frequenter & suppliciter petas, Davidicū illud ps. 67. usurpando: *Conferma hoc, Deus, quid speramus in nobis*, aut illud ps. 50. *Redde mihi letitiam salutari tui, & spiritu principali confirmame*. aut illud ps. 19. *Tunc bue mihi, Domine, (gratiam videlicet) secundum cor tuum* ( id est, voluntate in & beneplacitum tuum ) *& omne consilium meum confirma*. Quod si quandoque languere intentias in vocationis executione, iterum Davidicum plurimum usurpare poteris, & dicere: *dormitavit animus praetatio: confirmame in verbis tuis*.

II. Ut tanto facilius prædictam confirmationem obtinatur proderit unum aut alterum Patronum Spiritu Ecclesiastico & Clericali præ cæteris imbutum, & Sacerdotum bonorum efficiendorum, dum adhuc viveret, præcipue studiolum egeret, & quotidiano aliquo obsequio aut oratione uela reverari, quales sunt S. Chrysostomus S. Carolus Borromeus, S. Franciscus Salesius, S. Ignatius Loiola, S. Philippus Neri & similes. Fortassis non parum proficeret, si patras omnes Litanias conficeret, quibus & talium Sanctorum Patronum implorares, & eas dotes, quæ ad Sacerdotes pertinent, per eorum merita & intercessionem à Deo peteres in hunc similem modum.

**K**yrie eleison.  
**C**hriste eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis DEUS, Miserere nobis.

Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus DEUS, Miserere nobis.

S. MARIA Patrona Sacerdotum,

S. Michaël protector Ecclesiæ,

S. Angele Custos,

Omnes Sacerdotum Custodes Angelii,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

*Triduanæ Collectionis.*

501

Sancte Joannes,	ora.
Sancte Chrysostome,	ora.
Sancte Carole Borromæe,	ora.
Sancte Philippe Neri,	ora.
Sancte Ignati Loiola,	ora.
Sancte Franciscæ Salesi,	ora.
Omnes Sancti Sacerdotes & Levitæ,	orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei,	intercedite
pro nobis.	
Propitius esto,	Parce nobis Domine.
Ab omni peccato,	Libera nos Domine.
A Spiritu fornicationis,	Libera.
A Spiritu Avaritiae,	Libera.
A Spiritu intemperantiae.	Libera.
Ab omni inconstantia,	Libera.
Per merita & intercessionem omnium sanctorum	
Sacerdotum,	Libera.
Per immaculatam conceptionem SS. Virginis MARIAE,	Libera.
Per eternum Sacerdotium tuum,	Libera.
Per cruentum & incruentum sacrificium tuum	
Peccatores,	Terogamus audi nos.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare	
digneris,	Te rogamus.
Ut inimicos sanctæ Ecclesie humiliare digneris,	
Te rogamus.	
Ut nosmet ipsos in sancto proposito conservare digneris.	Te rogamus.
Ut duplicem spiritum scientie & virtutis largiri digneris,	Te rogamus.
Ut verum Zelum animarum in me accendere digneris,	Te rogamus.
Ut omnibus Sacerdotibus verum spiritum Ecclesiasticum	

I i 3

sticum inspirare digneris. Te rogamus Deus  
**Ut animabus omnium defunctorum Sacerdos**  
**requiem æternam largiri digneris.** Tene nos avocamus  
**Ut nos exaudire digueris,** Te rogamus Deus  
**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,** Patrem nobis trahimus  
**Domine.** Iudea exercitum tuum  
**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,** Exaudi nos  
**Domine.** Iudea exercitum tuum  
**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,** Misericordia tua  
**bis.** Iudea exercitum tuum

¶. **C**or mundum crea in nobis, Deus.  
 ¶. **E**t spiritum rectum innova in visceribus n  
 ¶. **N**e projicias me à facie tua.  
 ¶. **E**t spiritum Sanctum tuum ne auferas à m  
 ¶. **R**edde mihi lætitiam salutatis tui.  
 ¶. **E**t spiritu principali confirma me.  
 ¶. **S
 ¶. **E**t Sancti tui exultent.  
 ¶. **D**omine exaudi orationem meam.  
 ¶. **E**t clamor meus ad te veniat.**

*Oremus.*

**A**ctiones nostras, quæsumus, Domine, alspite  
 præveni, & adjuvando prosequete, ut cum  
 nostra oratio & operatio à te semper incipi,  
 per te cœpta finiatur.

Deus, qui corda Apostolorum Spiritus San  
 illustratione docuisti, da nobis in eodem Sp  
 recta sapere, & de ejus semper consolatione gaue

Illo nos, igne, quæsumus Domine, Spiritu  
 cus inflammet, quem Dominus noster JESU  
 Christus misit in terram, & voluit vehementer  
 cendi.

Deus tuorum gloria Sacerdotum, præsta quæsu-  
Sacerdotus, ut Sanctorum tuorum, quorum patrocinium  
Tenuimus, sentiamus auxilium.

Excita Domine in Ecclesia Spiritum, cui Sacerdo-  
tes tui Sancti servierunt, ut eodem nos repleti  
Exaudiudeamus amare, quod amaverunt; & opere  
Exaudire exercere, quod docuerunt. Per Christum Domi-  
nū nostrum. Amen.

III. Valde necesse erit, ut ab hoc tempore studeas singu-  
larem morum gravitatem & decentiam ostendere, aliisque in  
vitribus ad Sacerdotem, ut supra ostensum est, pertinenti-  
bus exercere. Quem in finem oculos semper habenda c-  
onsiderat S. Ambrosij l. 1. epist. 6. sententia dicentis: De-  
betas (DEUS) præceptum eidem Moysi, ut montem cum Sa-  
cerdotibus ascenderet, Populus autem deorsum staret. Se-  
paravit igitur Sacerdotes à Populo, & præcepit Moysi, ut nu-  
lum intraret. Vides à Sacerdote nihil plebeium requiri, nihil  
populare, nihil commune cum studio atque usu, & moribus  
multitudinis, sobriam à turbis gravitatem, seriam vitam,  
singulare pondus dignitas sibi condicat Sacerdotalis. Quo-  
modo enim potest observari à Populo, qui nihil habet separa-  
tum à Populo, disparsa à multitudine? Quid enim in te mire-  
tur, si tua in se recognoscatur, si nihil in te afficiat, quod ultra  
infelix non inveniat; si, qua in se erubescit, in te, quem re-  
verendum arbitratur, inveniat?

IV. Sedulò cave, ne abruptus communis, sed vituperabilis  
profus errore quorundam sub titulo & specie valedicendi  
Mundo, plus tibi licentiae ad peccandum, & tuis cupiditati-  
bus indulgendum concedas; per hunc quippe errorem habi-  
tas mali & difficultas vocationis exequenda augentur, ten-  
tationibus validioribus locus præbetur, divina gratia sub-  
trahitur, & manifesto periculo Vocatio, salusque exponitur;  
insanissima quippe stultitia est, tot, tamque noxias benevo-  
lentiae significationes edere erga insidiantem Mundum &  
Diabolum, quem deferere cogitas, & tot injurias illi, cui te  
mancipare in totam deinceps ætatem decrevisti, inferte; quis  
enim non stultissimum, summèque detestandum dicere fa-

cuius illius, qui Regis cuiuspiam servitio se mancipaturus  
cum alloqueretur: Decrevi omnino tibi servire, O Re, &  
pro magna gratia habebo, si me inter servos tuos anumen-  
re dignaberis; sed prius per aliquid tempus hosti tuo capi-  
lissimo me associabo, tēque strenuē oppugnabo, variisque  
juriis afficiam: an non hoc ipso factō mereretur, nūquā  
inter Famulos Regios admitti: atqui idem facit, qui maius  
suprā indicato, Mundo valedicere decernit.

V. Denique memor doctrinæ Eccl. 2. dat: Fili, au-  
dens ad servitutem DEI, s̄ a in timore, & prepara anima-  
tuam ad tentationem: singulari studio te armis ad tenui-  
nes à Vocationis executione absterentes, quales v.g. di-  
possunt inordinatus affectus ad alias Personas, deinceps  
& voluptates carnales, horror difficultatis &c. quas S. Aug-  
ustinus conc. 1. in Psal. 36. fictos amicos vocat dicens: al-  
quamcunque professionem te converteris, para te, pax filii  
(tibi nempe clam adversantes) alioquin si te non paten-  
tes, invenies, quod non sperabas, & deficies, aut perire-  
beris.

VI. Pro Coronide hujus triduanæ collectione, leg. i  
placet, ex libello de imitatione Christi l. 3. c. 10. & quæ  
de religioso statu dicuntur, Ecclesiastico applica.

### SECUNDUM EXEMPLAR TRIDU- NÆ RECOLLECTIONIS.

*Pro ijs, qui ad primum Sacrum ritè preparari  
cupiunt.*

**S**Copus hujus Recollectionis est; ut ex ipso titulo pa-  
ræparare se ad primam DEO Hostiâ cum debita reveren-  
tia & dispositione offerendam; si enim S. David pro  
templo Jerosolymitano totis viribus impensas præparavit  
et quod non homini, sed DEO præparabatur habitatio. Si  
Siracides tam sollicitè monuit, ut ante orationem anima  
præparetur, quanto magis ad Sacrificium omni templi.  
Oratione infinites præstantius dignè offerendum omni  
sollicitudo & præparatio adhibenda est. Merito ergo in-  
tegrum octidunum spirituali recollectioni impediri non po-  
test, triduana saltem instituitur, pro qua proinde aptas, illas  
leger